

Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

[Tractatus de attributis, de visione beatifica, de scientia Dei ac de ejus voluntate et providentia]

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

§. V. Convelluntur præcipua fundamenta lansenii

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77132](#)

DISP VTATIO QVARTA

418

A fest. 6. cap. 3. his verbis : *Etsi filie pro omnibus mortuis est, non omnes tamen beneficium mortis ejus recipiunt, sed iū duntaxat quibus meritum passionis ejus communicatur.*

B 39. Quartū ruit spes theologica, nisi Christus pro omnium ac singulorum salute mortem suam Patri obtulerit; nam hoc fundamento Christianorum spes nascitur, quod Christus sanguinem fuderit, ut ipsi non ad baptismum tantum, sed etiam ad salutem perveniant. Unde Augustinus libro Medit. cap. 14. *Omnis spes & totius fiduciae certitudinē mibi est in pretioso sanguine Christi, qui effusus est propter nos & propero rostram salutem. Et Enarrat. in Ps. 148. aferit neminem esse qui aeternam salutem sperare non debeat, quia Christus in cœlestis gloria pignus sanguinem suum nobis tradidit. Tales arrius accepimus (inquit) tenemus mortem Christi, tenemus sanguinem Christi. Erigit ergo se humana fragilitas, non desperet, non se collidat, non se avertat, non dicat, non ero beatus. Et mox subiungit: Quid tibi promisit Deus homo mortalis? Quid viciurus es in eternum. Non credit? Crede, crede: plus est iam quod fecit, quam quod promisit. Quid fecit? Mortuus est pro te. Quid promisit? Quid vives cum illo. Incredibilis est quod mortuus sit aeternus, quam quod in eternum vivat mortalis. Iam quod incredibilis est tenemus. Si propero homines mortuus est Deus, non est viciurus homo cum Deo? Non est viciurus mortalvis in eternum, propero quem mortuus est qui vivit in eternum? Cenit igitur Augustinus, Christi mortem & passionem esse præcipuum spe nostra sustentaculum, subindeque negari non potest, Christi sanguinem pro eorum omnium salute, qui ejusmodi spem concipiunt, suffise profusum: At non soli Electi, sed etiam reprobis, spem theologicam perspice concipiunt: Igitur negari non potest, Christi sanguinem, non tantum pro Electorum, sed etiam pro reproborum salute, suffise fuisse.*

C 40. Denique Jansenii sententia non solum fidem multat, & spem infringit, verum etiam refrigerat charitatem, quæ theologiarum virtutum princeps est, & omnium charismatum excellensissimum; nam cum multa sint divini illius amoris fomenta, eum tamen præcipue fovere & inflammat certa fides & recordatio dilectionis Christi erga nos, quam præcipue exhibuit moriendo pro nobis in cruce. Unde Apostolus 2. ad Corinth. 5. Charit. Christi urget nos, estimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui vivunt iam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. Et Bernardus in Cantica: Super omnia te reddat amabilem, o bone Iesu, calix quem bibisti, opus mea redempcionis. Similiter Augustinus Tractatu 2. in Epist. 1. Joann. Omnes (inquit) illius simus, qui pro nobis mortuus est, qui pro nobis crucifixus est. Et in libro de sancta Virginitate luminibus inspicite vulnera pendentes, cœtrices resurgentis, sanguinem morentis. Hoc quanto valeat cogitare, hac in statera cordis vestri appendite &c. tuto robi figuratur in corde, qui pro vobis fixus est in cruce. Hæc etergo præcipuum divinae charitatis incentivum, quo nobis Jansenius eripit, cum pro Electorum tantum salute Christum mortuum esse affirmaret, cum enim de sua prædestinatione, seclusa speciali revelatione, nemo certus esse posse, si Christus pro Electorum tantum salute mortem subiit, incerti erunt omnes antanto beneficio donari sint, subindeque ex illius recordatione ipsorum charitas erga Christum accendi vel foyeri non poterit.

§. V.

Conveniuntur precipua Fundamenta Jansenii.

D Obicit in primis Jansenius: D. Augustinus pluribus in locis exponens prædictum locum A postoli 1. ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines salvos fieri, nusquam illum intellexit universaliter, & secundum distributionem completam, sed temper et aliquid restrictionem & limitationem adhibuit. Nam lib. 4. contra Julian. cap. 2. de Corrept. & Gratia cap. 14. & de Prædestin. Sanctorum cap. 8. docet haec verba A postoli esse intelligenda secundum distributionem accommodam, & non universaliter; ita quod Deus non vult salvare omnes absoluē, sed quod vult salvare eos omnes qui salvantur. Sicut dicit aliquis magister docere omnes per eos alicuius civitatis, non quod omnes addiscant, sed quia nullus nisi ab illo dicit.

E Secunda restrictio ejusdem loci est, quod ly omnes sumuntur quidem universaliter, sed universalitate quādam incompletā, & pro generibus singulorum, non pro singulis genere. Sicut dicitur omnē animalia fuisse in arca Noe, quia ex omni genere animantium aliquod fuit. Et sicut Luca 11. Pharisæi dicuntur decimare omne olus, quia ex omni genere herbarum solvebant decimas. Ita hunc locum A postoli exponit idem Augustinus in Enchir. cap. 105. ubi ait: Aut certè sic dictum est, qui omnes homines vult salvos fieri, non quod nullus hominum esset quem salvum fieri vult, qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos quos dicit actores suffise penitentiam, si fecisset. sed ut per omnes homines omne genus humanum intelligentius, per quas unque differentias distributum: Reges, privatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos, integræ corporis, debiles, ingeniosi, tardioris, fatuos, divites, pauperes, medocres, marces, somniantes, infantes, pueros, adolescentes, juventes, seniores, senes, in linguis omnibus, in moribus omnibus, in artibus omnibus, in professionibus omnibus, in voluntatibus & conscientiis varietate immensabiliter constitutos. & si quid aliud differentiarum est in hominibus. Eadem explicationem adhibet D. Gregorius in 1. Regum lib. 5. ubi ait: Omnes quippe homines vult salvos fieri, quia de omni genere humanum eligere, quos ad agendum eternam salutem trahit.

F Tertia exppositio Augustini est, quod Deus velit omnes homines salvos fieri, non formaliter, sed causaliter, quia facit Santos velle & procurare omnium salutem: dixit enim A postoli, *Predicate Euangelium omni creature, docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.* Sicut Spiritus Sanctus postulare pro nobis dicitur, quatenus faciat ut postulemus. Ita idem S. Doctor de Corrept. & Gratia cap. 15. Cum ergo in explicationem verborum Pauli tories Augustinus inciderit, & nunquam ea intellexerit universaliter de omnibus hominibus; ex illo loco A postoli non licet inferre, dari in Deo voluntatem antecedentem de salute omnium hominum.

Respondet Valquez hic disq. 8; cap. 2. num. 12. Augustinum, locum illum Pauli, nullo exillis tribus modis recte exposuisse. Idem dicit Petavius Tomo 1. lib. 10. cap. 3. ubi sic habet: Sic quām variis modis locus iste vexatus sit ab iis qui contrarium sentiunt: tres quartuorve ex Augustino cōmemorati sunt à nobis, cum illius opinionem exponemus, qui mibi quidem ad eludendum magis exponunt, quām certi, ac solidi yideri solent.

Verum

Verum hoc responso non potest à temeritate A luntate interpretari, quia ibi de Sanctorum p̄-
exclusari. Primo, quia doctrina Augustini in ma- destinatione & vocatione Dei secundum pro-
teria alicuius particularis Doctoris, sed totius possum stabilienda agebat contra Pelagianos & Se-
Ecclesie, ut dicit Bellarminus, & fatetur ipse- mipelagianos, qui ut refert Prosper in Epistola
met Petrus Tomo 1. lib. 9. cap. 6. his verbis:
*Quoniam Larinorum quorum in hac de gratia, vel e-
lectio, ac predestinatione controversia, majorem dixi
auctoratum esse, princeps est consensu Theologorum
Augustini, caput de gratia sententiam, quod quo de-
cens confituntur Patres ac Doctores, tum vero Eccle-
sia Romana Presiles, Presulique Conventus alio-
rum, ratam & Catholicam esse iudicarunt, ut hoc sa-
mum patuerat veritatis argumentum, quod ab
Augustino postum ac decreatum esse conficeret. Addo
quod Hormisdas Papa in Epist. ad Possestorem
Episcopum remittit cunctos Fideles ad libros
Augustini, ut ibi videre possint, quid de gratia
predestinatione, Romana sentiat Ecclesia.*
Secundo ejusdem responsonis emeritas con- D ei voluntatem, quā Deus p̄destinatos certa
fuit ex eo, quod non solūrū D. Thomas hic ait,
ad 1. Timoth. 2. lect. 1. sed etiam plu-
res alii fundi Patres & Ecclesiæ Doctores, eo-
dem modo exponunt & intelligent p̄dicta
vita Apostoli Inter quos p̄cipui sunt D.
Gregorius supra relatus, S. Prosperin Epist ad
Romam, S. Fulgentius de Incarnatione & Gra-
tiacap. 31. Author librorum hypognosticon, lib.
6. sub finem, Lupus Servatus de tribus Quæst.
C qu. 2. de p̄destine. & denique Epistola synodalis
Afrorum Episcoporum in Sardinia exulum, &
acta Ecclesiæ Lugdunensis sub beato Remigio e-
jus Archiepiscopo. Ex quibus omnibus satis
confat, quantum illi duo Autores excellerint,
dum illas Augustinianæ expositiones, non rectas, &
ad elucidandam magis excoquatas, quam certas & so-
lidas, appellarunt. Hac ergo responsonie rejectâ
Facile responderi potest cum Joanne a S. Thomas, quod expositiones Augustini non con-
tradicunt Damasceno, sed utraque exppositio in
diverso sensu procedit: quia loquendo de vo-
luntate antecedente & ineffaci verum est,
quod vult omnes, nullo excepto, salvos esse.
At vero loquendo de voluntate efficaci & con-
sequentiem est verum, quod non vult omnes
de facto salvari, vult tamen ex omnibus ali-
quis, & quod nullus salvatur nisi per eum vo-
luntatem. Ece qualiter verum vero & consonat,
nec Damasceno contradicit Augustinum, nec Da-
maseenus Augustino. Unde S. Thomas in 1.
dist. 46. qu. 1. art. 1. ad 1. secundum Damascenum
inquit: *verbum Apostoli intelligitur de voluntate
intendente & non de consequente, sed secundum Au-
gustinum intelligitur de consequente. Vnde exponit e-
xempli p̄pter: uno modo ut sit distributio accommoda
pro omnibus qui salvantur; alto modo ut sit distributio
pro generibus singulorum. Et in 1. ad Timoth.
cap. 2. lect. 1. ostendit nihil inter illas exposti-
tiones esse diffidij, & Augustinianas optimè cum
ea confitit que à S. Damasco traditur. Fa-
cetque ipsam Augustinus in Enchiridio cap.
103. ubi postquam duas priores expositiones
tradidit, subdit: *Quocunque alto modo id potest in-
teligi, dummmodo concedere non cogatur, aliquid o-
mnipotenter voluntate fieri, factumque non esse.**

Sed quare, quid cause sit cur idem S. Doctor
loicitatis, à postoli verba, de consequente po-
tius & abolitione voluntate, quam de condicio-
nata & antecedente interpretetur.

Respondeo ideo Augustinum locis citatis ver-
ba illa Apostoli de consequente & absoluta vo-

luntate interpretari, quia ibi de Sanctorum p̄-
destinatione & vocatione Dei secundum pro-
possum stabilienda agebat contra Pelagianos & Se-
mipelagianos, qui ut refert Prosper in Epistola
ad Augustinum statuebant Deum velle homi-
num salutem, generalitatem, indiscretam, & in-
differenti voluntate: ita ut, quod p̄destinatio
potius quam reprobis salvarentur, nullo modo
in speciale Dei providentiam, & peculiarem
quandam ipsius voluntatem, sed in humanam
dantaxat refunderetur. Unde Prosper epistola
citat à hæc scribit ad Augustinum: *Contrarium pu-
tant Patrium opinioni, Ecclesiastico sensu, quidquid
de vocatione electorum secundum Dei propositum dis-
putat. Unde ergo S. Doctor efficacem illam*
Dei voluntatem, quā Deus p̄destinatos certa
ad salutem promovet, firmiter stabiliret, & a Pe-
lagianorum & Semipelagianorum argumentis
defenderet, verba illa Apostoli, *Deus vult omnes
homines salvos fieri, de efficaci voluntate, quā di-
vina p̄destinatio continetur, exponebat; eaque
subinde non universaliter, sed per distributionem
accordam, aut pro generibus singulorum, esse intelligentia
da asserebat.*

§. VI.

Diluvium alia Argumenta Jansenii.

O bicit secundò Jansenius plura Scripturæ te-
stimonia, quibus videtur insinuari Christum
non esse mortuum pro omnibus, nec suam pa-
ssionem & redemptionem pro omnium salute
ordinasse. Principius locus est ille qui habetur
Matth. 26. ubi dicitur: *Hic est sanguis novi testa-
menti, qui pro multis effundetur in remissionem pe-
ccatorum. Si pro multis (inquit) ergo non pro
omnibus. Præterea Scriptura variis in locis asse-
rit, quod Christus non est mortuus pro impiis,
quod Deus non vult salvare infideles, nec pec-
catores, &c.*

D Ad primum docum respondeo, plures illi ad-
hiberi explicationes. In primis aliqui dicunt,
non esse extraneum in Scriptura, ut interdum
per hoc nomen, *multi*, designent omnes: hoc
enim fundamentum habet in Apostolo, qui eodem
termino uicit, ad probandum peccatum
originale in omnes & singulos filios Adam esse
transfusum: dicit enim ad Rom. 5. *Sicut per in-
obedientiam unius hominis peccatores constituti sunt
multi: ita & per unius obediēntiam justi constituuntur
multi.*

Secundò dici potest, quod interdum in Scri-
ptura *eventus rei futura* exprimitur per mo-
dum intentionis: quemadmodum cum dicitur,
hoc factum est, ut impleretur prophētia: id est ita fa-
ctum est, quod sequatur inde impletas esse pro-
phetias. Et in hoc sensu dici potest Christi san-
guis pro multis tantum effusus, id est eo eventu,
ut fructus eius non in omnes, sed tantum in
multos redundet; quia multisunt, qui ex pro-
pria malitia vel negligentia talem fructum im-
pediunt.

Tertiò hic locus ab aliis ita explicari solet, ut
Christi sanguis significetur effusus pro multis,
quoad efficaciam, & pro omnibus quantum ad
sufficientiam. Unde D. Thomas super illum lo-
cum Matthæi ait: *Sanguinem Christi fuisse esse, &
pro multis, & pro omnibus: quia si considereretur suffi-
cientia ipse est propitiatio pro peccatis nostris. & non
pro nostris tantum, sed pro totius mundi, sed si conside-
remus*

49.

50.

51.

52.